Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



onem ad conuersionē libertatis commutat. Ipso enim miserante pec
cata dimittuntur: quo protegente fit ne in deterius peccando eatur:
Propterea metuendum est confitentibus ita saluari. ne forte dū expec
tamus aut iis sanari & uitia multiplicemus. & salutem n̄ adipiscamur:
Ergo studeamus aut non cadere: aut cito conuersi a lapsu consurgere:
Mora peccandi in manitatem facit seleris. Vnde & propheta. Ve inquit
qui trahitis iniquitatem in funiculis uanitatis. & quasi funiculum plau
stri peccatum. Trahit enim iniquitatem ut funiculum. qui tardat
conuerti ad dm̄ Trahere est enim iniquitatem. moram facere in iniqui
tate: Vnde & psalmus. Prolongauerunt iniquitates suas. dominꝰ conci
det ceruices peccatorum. Vt pꝰ ruinā quis surgere queat. xxxv.

PECCATA CARNIS EXPERTI SALTĪ
post naufragium peccare metuant. & ꝑditionis suę
discrimina uel cognita ꝑhorrescant. Dicendū est lapsis.
ut preterita peccata considerent. atq; imminentia deui
tent. quatenus transactas culpas ad memoriā reuocent.
& pollui in futuris erubescant. Ammonendi sunt peccata carnis experti. ut
uigilanti cura conspiciant. delicta nobis ad se redeuntibus deus quomodo
sinum suę pietatis expandat. dicens nobis per prophetam. Erunt oculi
tui uidentes preceptorem tuum. & aures tuę audient uerbū post ter
gum monentis. Hęc uia per ambulate per eam & cet̄. Omnipotens ds̄.
quasi post tergum nos subsequens monet. qui etiam post culpam ad se re
dire ꝑsuadet. aduersum reuocat. cōmissa non respicit. reuertenti sinum
pietatis expandit. Vocem enim postergū monentis audimus. si post pec
cata cum humili ac contrito corde reuertimur: Debemus igitur pietatē
monentis & uocantis erubescere. si iusticiam uolumus formidare. qa tan
to grauiori improbitate contempnitur: quanto & contemptus adhuc uocare
non dedignatur. Ꝑhieremiam prophetam dominus dicit. Et ueniens usq;
ad babilonem. ibi liberaberis. Babilon quippe. confusio interp̄tat̄. Sepe
enim qui post quā in confusione uitiorum ceciderit. erubescens mala quę
ꝑpetrauit ad penitentiam redit. seq; a suis lapsibus bene uiuendo erigit.
Quid ergo iste. nisi usq; ad babilonem uenit & ibi liberatus est? n̄ nūquā
quisq; erubescens mala quę fecit se contra se erigit. & bene opando ad
statum rectitudinis redit. In babilone itaq; liberatus est. qui ꝑ diuinam
gratiam ostenditur etiam de confusione saluatus. Propheta ergo ad trans